

Gal. presbytero. S. Petri ad uinc. Cardinali ac Bo
noniæ legato meritiss. Jacob: Alpharabius.

Ferat satis orationem de ascēsu Domini a
me habitam diem uixisse unicum, atq; in
ter insecta illa animalia numerari, que apud
Hypani in flumē Ephemera nuncupantur: nisi ita
multi (quib: omnia / quib: me ipsum debeo) efflagi
tassent, ut nequirit impressionis uitare infortuniū.
Quo circa Phætontis exemplo caui, ne in hoc teme
rario ascensu gloriolæ præceptis ruerem inter detra
hentium monstra: ardeliones enim scioli non deer
unt qui subreptitiam exclament. cum: totam pro
pe ecclesiastico cemento de industria fermentarim,
ut (præter eorū arbitratus) posse etiam faberrimā
concinnari ex sacra pagina elegantiam faterentur.
hoc itaq; addito epistolio dignationi tuæ illam de
dicauit: nō quæ tantilla res fortunæ & uirtutibus tuis
conueniat, sed ut eiusdem authoritatis clypeo mun
niatur: nam cum omnes egregiam tuam idolem &
morum suauitatem obseruent: exceptam quoq; ip
sam patrociniō tuo obseruabunt & recte sentient.

Vale.

147
Iacobi Alpharabii in die Ascensionis Domini oratio / di-
uo Iulio .ii. Pot. Max. & Senatui apostolico dicta.



VIRI GALILEI QUID ADMIRAMI-
ni aspicientes in celum? Summe. Pot. Ro.
Pot. Patres ampliss. Ro. patres quid nam
uelut e tenebris in hanc lucem translati admirami-
ni? quid ita celum hodie intuimini? quo repletum
est gaudio os uestrum? quæ exhorta lætitia est? il-
lud nimirum anhelanti animo lumen inquiritis: il-
lud plane unigenitum iubar redemptionis nostræ
contemplamini & æque memores in ascendente hu-
ius diei exultationem assurgitis / quoniam eleuatus
est Sol & Luna stetit in ordine suo: nullisque casibus
obnoxia sedes hæc amplius uestra / ppetua autho-
ritate constabit. Quarum me licet immensa moles
Rerum & hominum penitus eloquio impar sancti-
tatisque tuæ & huius ampliss. ordinis eminentia pter-
uerint: inuitant me hilares uultus animantque / vic-
tricis hodie naturæ diuinitatem indagine cõsequi:
si causarum omnium reginã atque arbitram Virginẽ
solita prius salutatiõẽ p̄cabimur. AVE MARIA.
¶ Ut in uerba nunc quæ paucissima conferam / quæ
licuit mihi pro tenuitate ingenii perscrutari / sa-
tis arbitror fuerit hodiernæ solemnitatis excellen-
tiam cõteris diuinorum operum monumentis an-
teferendam reminisci: cuius immensæ / infinitæ / nul-

lisq; numeris recēsendæ gloriæ plenitudinē | Chri-
stum Deum sane pientissimum fortitudinis ductu
assequutum; profitemur: uitam qui omnem/ quan-
tācūq; inhumanis uixit intemerabili fortitudinis
alimēto sustinuit. Si itaq; Pont. beatiss. Patresq;
præstantiss. inestimabilē erga Deū obligatiōis ma-
gnitudinem contemplamur: contemplationiq; no-
stræ a fortitudine fundamentum subiicimus/ Veni-
te & uidete c. pera Domini/ q̄ fortis & potēs in p̄lio
captos nos prostratosq; omneis occisiōe liberauit.
Et cum fortiss. imperatoris p̄stantiam animo: elo-
quātia & liberalitate constare sapiētissimi. quiq;
asseruerūt. Vēite & uidete q̄ ultrōeus nulla coactō
necessitudine oīpotens Iesus in abiectissimi manci-
pii formam mutatus / n̄ corpis tenebroso carcere in-
cludi/ nō inter brutiss. belluas in nuda humo desti-
tuit/ non sordido & spurco senis contactu nutrirī ex-
horruit / sed ī erumnosæ uitæ discrimen prouectus
omnia horrēda subiit & aduersa omnia superauit:
q̄ immenso salutis nostræ desiderio flagrās/ dum in-
cognitus ideo occultusq; uenit ut per innumeras
contumelias omnibusq; exanclatis doloribus occi-
deretur. Nec secius sermone q̄ animo pollens Iesus
qui rudes imperitosq; animos discipulorum ueri
boni notitia incensos de terra in cœlū erexit. Qui-
q; in templo. xii. ætatis anno doctissimorum uiro-
rum consumatissima ingenia proculcauit: Qui per

dita petulantissimæ meretricis corda pfregit: Qui
 tot prauissimarum mētiū tumultus repressit & in
 frenes aīos cornu calcibusq; īpetētis Pauli sedauit ī
 clinauitq; cœlos & caliginem sub pedibus eius des
 textit: abstrusa & enī prophetarum uaticinia illu
 stratis animis enodauit/qui ab Hælyseo profeta p
 pterea Equi domini appellantur quia frenum di
 sciplinæ eius acceperunt & iugum ferunt suauita
 tis suæ & incomparabili eius liberalitate pascunt.
 Venite enim & uidete quid īliqui sibi fecerit Deus
 quin nobis æque cōtulerit. Prætereo pulcherrimā
 mundi huius communem nobis undecunq; ciuita
 tem: in usumq; nostrum omnia procreata: omīcto
 corporis formam membrorum compage & agilita
 te præstantē & oportunā linguæ efficaciam: nos ē
 sibi non solum ingenio animoq; similes genuit. sed
 uera Patris dilectione est amplexatus. sed eruditio
 ne magister: auxilio frater: protectione amicus: ob
 sequio etiam seruus/ ad infimam quoq; lauandorū
 pedum famulationem prosequutus/ non laborii nō
 uigiliis: non incōmodis/ non cruciatibus: non uitæ
 pepercit ut æternam delicti errorisq; nostri puni
 tionem deleret. Sed proh uolūratem Dñi in ex ple
 bilem/ post inclytę resurrectōis uictricia signa ubi
 (ex illo Apocalypsis eulogio) uicit Leo de Tribu
 Iuda: ubi mansuetudine Agnus Lupum: Fortitudi

a iiii

ne Leo Diabolum prostrauit. cum bis etiam hodie
familiarius apparuisset. e. Bethania e. Patris obe-
dientia in Oliueti mōtem idest ad humani generis
misericordiam profectus est. O admirabile diuini-
tæ beneficentiæ studium. cum lætus hodie in cœ-
lum remigraret: non ridicula ueterū illa impera-
torū cōgiaria / uilia uolucrū / ferarū / uariarūq; rez
missilia / non periculosa auri & argēti metalla pro-
fudit. set spiritus sancti cœlestia munera & infinitū
diuinitatis suæ lumē est elargitus. ut oībus linguis
gētiū salus p̄dicaretur. Vtq; ex Apostolorū & Euā-
gelistarū affatu sacerrimi in oēm terrā aquarū fon-
tes erūperēt & sanctissimi ubiq; ignes excitarent:
quorū nos expiatione flagrantes: Serpentes tollere:
ægros sanare: demonia eiicere: nouisq; uti linguis
ualeremus. ut nos meti p̄os. s. intueri ac nosse: ut ali-
is etiam opitulari: ut prauas cogitationes repelle-
re ausi & diuina misteria extra sæculū tractātes. eā
dē illā æternam beatitudinē consequeremur. Hoc
igitur die longe ampliora adepti sumus q̄ Diaboli
nobis inuidia eripuerat: hoc. n. die ne Fides ampli-
us n̄ra diffideret: aut Spes fluctuaret aut Charitas
frigeret: reuelata sūt misteria oīa. Angelorū uota ex-
pleta: salutisq; n̄ræ p̄uectio stabilita est: nec aīæ so-
lū sed carnis ēc ueritas: sed diuina simul & humana
glia patefacta est: atq; iō conuescēs Deus ascēdit ut

carnē spūi subiacentē famulari oñderet: Si igit̃ re-
 surrectio Dñi spes nostra: Ascētio Dñi glorificatio
 est: ut n̄ nobis mors Dñi uitam restituit: surrectio
 erexit: ita Ascensio consecrauit. O ineffabilē diuini
 ascēsus celebritatē: o p̄clarā inuictiss. īperatoris ui-
 ctoriā / o dignissimā celestis īpii ppagationē. Idē
 ipse uirtutū Dñs & rex gl̄iæ X̄ps: q̄ olim corpuscu-
 lo uilis: opprobrio flagellisq̄ exulceratus: foediss.
 crucis īteritu extabuērat: Cēlū inclytus hodie triū-
 phator ascendit: Euolantēq̄ illū gloriosus beatorū
 populus / prophetarūq̄ aīæ / tanq̄ Pedagogi / ī iubi-
 latiōe & uoce tubæ prosequunt̄ / q̄a beneplacitū est
 Dño in populo suo & exaltauit māsuētos in salutē.
 Mūdus hic undiq̄ lætitia gestit: Cœli desup̄ exul-
 tantibus astris excipiūt Misericordia & ueritas ob-
 uiauerunt sibi: iusticia & pax osculate sunt & q̄ hu-
 miliato olim ac nascenti Deo pullati aduenerāt &
 peccato n̄o cōdoluerāt: iure suo hilares hodie An-
 geli in albis uestibus exaltato Domino occurrunt.
 o meritissimum Fortitudinis præmium / a dextris
 Dei tanq̄ Ascensionis suæ gloriā uisurus: siue ad
 æquandam cum patre dignitatem / eodem ī solio re-
 gnatoris moræ consedit.

QVID IGITUR VIRI GALILEI HODIE ad-
 miramini. Si rerū omniū opifex Deus quiq̄ ipse ē
 omnia: mundi q̄ anima & mens uniuersi: qui ui-

ces temporum: qui Cœli luminosa culmīa: qui Ma-
ris salubria flamina & inferum deplorata silētia nu-
tu dispensat | cœlum ipsum quod suum est & sibi so-
li seruit sine opere & sudore noluit promereri. Sed
indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se:
Eaq; omnia eruditionis instructionisq; nostrę cau-
sa suscepit: ut eadem pariter gloria frueremur | for-
titudinem nobis in assiduis uitæ conflictationibus
magistram reliquit: nullamq; sine pugna uictoriã
aut coronam adipisci monstrauit. Nam quid aliud
in mundo hoc q̄ pugna aduersus Diabolum quoti-
dīe geritur. Nã qđ aliud q̄ aduersus carnalia ui-
tia & sæculares illecebras dimicat: quæ huius tm̄
infractæ uirtutis thorace propulsantur. Ea enim
cæterarum regina uirtutum constantissimo animo
cupiditates humanas (malorum omnium fomites)
retundit: non uoluptatibus eneruari: non auaritia
degenerantium animorum ueneno effeminari: nõ
inuidentiæ peste torqueri: non ambitionis fallacia
decipi / non metu concuti: non laboribus minui / nõ
doloribus frangi sinit. Sed (qđ diuino olim Epictē-
ti stoici sapiētiss. uiri adagio celebratū accepimus)
ī p̄spis rebus abstinentia: ī aduersis patiētia uitã ple-
raq; ī peccabilē ac trāq̄llissimã reddit. His artibus
maioris nr̄i | Catōes. Curii / Fabritii / Corrucci & inu

150
merabiles alii cōtinentiss. uiri æternitatem sibi no-
minis compararūt: hac eadem fortitudine adiutri-
ce prudentiss. Ulixes Circes pocula / Syrenum can-
tus / lætiferaq; omnia cupiditatum lenocinia effu-
git. Huius deniq; firmissimis gradibus Socratem
sapiëntissimū oraculo iudicatum / domitor emq; or-
bis imperterritum Herculem / tot reges & inclytos
ubiq; gentium principes in cœlum relatos Prisca
etiam sæcula crediderunt: Qui tamen omnes p̄ glo-
ria frustrati / gigantum more uastis montium moli-
bus innixi: sine fide & ueritatis luce pugnantes / nō
secus ac illi repulsi eiectiq; sunt. O felicissimā igi-
tur hanc nostram ætatem / quæ ascendens Iesus lu-
mine illustrata: ueriq; dei disciplina instituta es:
quæ tot euangelistarum p̄coniis erudita: tot mar-
tyrum testimoniis cōfirmata: fortiter humana om-
nia excipere certiss. æternæ celestisq; gloriæ fidu-
cia meruisti: cognouit enim Bos possessorem suum
& Asinus præsepium domini sui. Gratias tibi agi-
mus summe & exuperantissime omnipotens Iesus:
tua enim gratia tantum sumus cognitionis lumen
consequuti / lumē sanctum & honorandum lumen
tuum. o / uitæ uera lux omni excellentia maior: om-
ni laude melior / omni potestate ualidior. Tu Dñe
fortitudo n̄ra: tu Petra: tu rebur: tu saluator n̄r: tu
susceptor. Tu ita p̄na pietate nobis hodie inotescis
ut sensu cognoscamus: rōis indagine cōtēplemur: in-

telligentiam p̄ruamur & q̄ totum te hodie ostēde
ris gaudeamus: q̄ nos etiā in corporibus sitos æter
nitate fueris consecrare dignatus gaudeamus: hæc
est enī sola humana gratulatio / cognitio maiestatis
tuę. Verę (proh dolor) q̄d nos dulcissimo fructu &
incōparabili munerē huius gratiæ abstinemus: q̄d nā
uanitatibus sæculi inuoluti rōne abutimur: & rur
sus pene ignorantia luto imersi / salutis iter amicti
mus: hæc una .n. salus hōi cognitō Dei / hæc ad olym
pum ascensio est: quod non sine admiratiōe primis
prope mundi diebus Mercurius ille cognomento
Hermes diuinitus ēt efflauit: internis oculis Deū
intueri ad excelsa ascēsum præbere / q̄ intuentes &
d̄siderio flagrantes Deus apprehēdat / eoq̄ trahat
modo / quo lapis (qui magnes dicitur) ferrum: per
uius enim cuiq̄ est ac facillimus ad Deum accel
sus / si terrenis post habitis fortitudinis hasta fulci
tur: si peccatorum sarcina exutus intenta sensuum
applicatione contemplari Deum uelit. Si fideliter
ideo / si deuote / si sancte: si pie ascensioem Domini ce
lebramus / dirumpamus hæc sensuum uincula / faci
le enim terrestres laquei effriguntur / si spe ascenda
mus / si toto corde Dominū d̄lectemur / si fortitudis
clypeo muniti breuissimū hunc uitæ stadium de
curramus / sub inclyto cuius uexillo uos potissi
mum Patres ampliss. militare debetis / rubris ideo
pileis insignes & diuini sanguinis stipendio au

151
thorati . Virtus eadē Sanctiss. Pater fidissima co
mes . S. tuæ (que te ad summum inter homines digni
tatis apicem euexit) nō minus exhilarari hodie ac
gloriarī mihi uisa est / quam placidissime exhorta
ri . B. tuam : non ideo donatum te esse eminentissima
pōtificatus corona / ut mūdi gloria p̄ruaris / q̄ ut p̄
Christi redemptoris uestigia cœlestis gl̄iæ p̄miū
assequaris : Quam ut studio & labore : sagaciss. inge
nii adq̄ iuictiss. animi tui / labantem Petri cymbā
christianamq̄ rempub. tuearis : q̄ ut sanctificis cla
uibus tuis : foedissimas uitiorum nebulas punitio
ne occludas : uirtutumq̄ faces ac semina beneficen
tia reseres . Vt eandem nos etiam uiatricem sortiri
& quottidianum hūc panem comedere mereamur :
(quo nobis uiatico in hac famescētis uitæ pegrina
tōe quottidie op̄ est) ductrice illa & comite foelicis
sime Pōt. ad Dñici gregis bñdictionē egredere : Cu
ius hodie tibi ab ascēdente Iesu cura demādata est .
Vt innocentes manib; & mundi corde (qui nō acce
pere in uano animam suam / ascendentes in mōtem
Dñi & in domū Dei Iacob) accipiant bñdictionem
a Domino & misericordiā a Deo salutarī suo . Qui
uiuīt & regnat in sœcula sœculorum Amen .

